Andreas Laurentius

1564

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°

44,-236
DA BOX

LN 708

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°

CARMEN
GRATVLATORIVM AD DOCTISSIMVM ET INTEGERRIMVM VIRVM M. ANDREAM LAVrentium Canonicum & ludimoderatorem in inclyta urbe Roſchildia, contrahentem Matrimonium cum pudiciſsi: uirgine Anna filia reuerendi uiri M. Petri Paulini Theologi & Paſtoris ad, S: Lucium ſcriptum gratitudinis in præceptorem ergò

A
NICOLAO OLAO
Haluegio.

VITEBERGÆ
EXCVDEBAT IOHANNES CRATO,
ANNO M. D. LXIIII.

Ornatiſsimo viro doctrina, et pietate praestanti M: Jacobo Suenoni Contubernali suo carissimo

6115

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°

CARMEN GRATVLATORIVM

VNde camæna tibi ſi vir doctiſsime quæris,
Quæ properans ædes tentat adire tuas.
Hoc breuiter diſces, modò non haurire graueris
Aure fauente melos quod pia muſa canet.
Eſt tibi νικόλεως, ſciſti, percharus Olai,
Addictum ſtudijs quem Viteberga tenet.
Ille tui ſtudio vehementi flagrat amoris,
Et cupit officijs gratus adeſſe ſuis.
Abſens abſentis memor vt videatur amici,
Mittit quæ preſtò chartea dona vides.
Hæc rogat accipias, vt ſperat, mente benigna,
Gratum conſtantis pignus amoris erunt.
Gnoſia per chelas Phœbo gradiente, Corona
Cum faceret clarum manè coorta diem:
Albiacos intra muros, en forte ferebat
Fama pedem, veri nuncia pacta fidem.
In quibus eſt illic cum muſis ſumma voluptas
Tecta ſubintrabat, gaudia læta ferens.
Quantumuis, inquit, rigidus trahat omnia Mauors,
Et Sathanas acres ſpargat in orbe minas:
Attamen omnipotens terræq́ poliq́ creator,
Colligit in mundo voce ſonante gregem.
Hunc inter medios vitæq́ necisq́ tumultus
Reſpicit, & dextra cunctipotente tegit.

Vult

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°

Vult hominum ſiquidem cœtus extare piorum,
A quibus æternum concelebrandus erit.
Non aliam ob cauſam genus hoc mortale creauit,
Non aliter ſanxit fœdera ſancta thori.
Vxor vt addatur Ius naturale marito
Præcipit, eſt ingens quod violare nefas.
Andreas docta Laurentius arte magiſter,
Qui Roſchildenſi dat pia iura ſcholæ.
Decretum rectè diuini numinis vrget,
Legitimi cupiens pacta ſubire thori.
Is poſtq̃ ludum moderandi munus obiuit,
Munus habens rigidi grande laboris onus:
Iam vice ſeptena Titan duodena per aſtra,
Conſueto calidum more relegit iter.
Hîc quantas animo curas, quantosq́; labores
Corpore ſuſtinuit gloria parta docet.
Doctrina docilem formauit & arte iuuentam,
Et docuit Chriſti regna ſalutis iter.
Ergo tot annorum cruciatus mole laborum,
Solamen quærit quod fore dulce videt.
Cogitat vt ſociam ſibi iungere poſſit honeſtam,
Prouida quæ vitæ commoda multa ferat.
Hac in re voti factus iam compos honeſti,
In tepidum properat virginis ire ſinum.
Filia Paulini caſtiſſima virgo diſerti,
Huic dabitur coniunx Anna, iuuante Deo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°

Sic ait: & noſtro vaga limine fama relicto
Auolat, in nobis ſpemq́ metumq́ ciens.
Spem ſiquidem mouit, quia dixit velle tonantem
Cœtibus in mundo ſemper adeſſe pijs.
Hac metus eſt autem cum ſpe ſub pectore mixtus,
Quòd κακὰ τοῦ πολέμου πολλά γὰρ ἐστὶν ἀεί.
Hoſtis adhuc audax linguaq́ manuq́ minari
Pergit, læthiferi tela cruenta mali.
Patria triſtatur dubijs in caſibus hærens,
Sæuit & noſtris finibus atra lues.
Adde, quod exitium mundus clademq́ minatur,
Intentat pœnas & grauis ira Dei.
Anxius hic animo dum ſcrupulus altius hæſit,
Deq́ ſtatu rerum venit imago noua.
Ecce ſtatim Pallas Iouis inclyta nata Tonantis
Aſtitit, & tales edidit ore ſonos.
Armipotens, inquit, dea ſum, mihi prælia cedunt
Quando placet, quarè non metuiſſe decet.
Qui me ſectantur pulchræ virtutis amore,
Præſtando placidè quæ mihi grata forent.
Per me ſint tuti Martis crepitante tumultu,
Nam pello valida ſæpe perîcla manu.
Illuſtres homines ſeruatos eſſe potenter
Turbato noſtra tempore conſtet ope.
Hoſtibus ereptum Diomedem Palladis arte
Nôrit, qui Danaûm fortia facta legit

Tydea

Spiritus hinc ſanctus prece ſollicitandus, vt adſit,
Criminis ac puræ ſemina mentis alat.
Intuitu binæ ſe contemplantur earum,
Terna ſed auerſo lumine terga videt.
Hoc poſitu bellè monſtratur, coniugis eſſe
Ardenti ſtudio ſemper amare virum:
At ſi quid vitij, quod ſæpe fit, exo riatur,
Hoc è conſpectu debet abeſſe procul.
Rurſus ſunt hilares binæ, lætæq́ ſorores,
Vt præ ſe clarè nomina dicta ferunt.
Terna cupit fructus largos proferre Thalia,
A producendo germine nomen habens.
Viuere ſic hilares debent pietatis amore,
Qui ſua legitimo colla dedêre thoro.
Addiſcant animo præſenti ferre iugalis
Vita quid attulerit, ſorte rotante vices.
Progenerent ſobolem, turgentia germina lecti,
Vt pius accreſcat cætus in orbe Dei.
Ergo probè vinclûm deſcribit imago iugale,
Quæ modò ſuccurrit palladis arte mihi.
Hæc & amicitiæ ſtringendi fœdera pulchrè
Oſtendit, qualis debeat eſſe modus.
Vt tres ſunt charites Iouis officioſa propago:
Sic in amicitia tres decet eſſe vices.
Mutuus omnis amor benefacta dat, accipit, atq́
Reddit, & hoc verus dicitur eſſe modo.

Hac igitur tantò pie ſponſe libentius vtor
Pictura, tædis conueniente tuis:
Quòd ſperem tali ſponſam tibi fœdere iungi,
Quale refert charitum dulcis imago trium.
A te cum liquidò conſtet me ſemper amatum,
Ac meritis vſum ſæpius eſſe tuis.
Pictura videor mihi commonefactus eadem,
Vt memor officij ſim ſine fraude mei.
Me fateor meritis affectum pluribus eſſe,
Ferrea quàm dignè lingua referre queat.
Et licet æquiualens haud vnquam reddere poßim,
Si mihi vel Crœſi ſors numeraret opes:
Ipſa tamen nunquam ceßabit grata voluntas
Ire per alternas officioſa vices.
Longius à patria cum ſim diuulſus ad Albim,
Quò minus in Thalamis cernar adeſſe tuis.
Mente tamen quæ ſola loco non exulat vtar,
Vt videam tædas, gaudia læta, tuas.
Quod licet, abſentis populari lætus honore
Præceptoris ero, terq; quaterq; mei.
Ad Thalamos alij fulgentia mūnera portant,
Sunt quibus argenti multa talenta domi.
At mihi cum plena non æs ſeruetur in arca,
Nec grauis argenti pondere zona crepet.
Splendida non igitur depromi munera poſſunt,
Ornandus meritò queîs mihi ſponſe fores.

Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°

Sed ne ſint Thalami prorſus ſine munere noſtro,
En tibi, quæ iuſsit dona Minerua dari.
Offero cum charta ſinceri cordis amorem,
Omnibus officijs qui tibi promptus erit.
Hæc tibi fac placeant quamuis ſint vilia dona,
Et poterit nobis gratius eſſe nihil.
Quod ſupereſt, Thalami lætos tibi grator honores,
Coniuge cum dulci cunctaq; fauſta precor.
Author coniugij veſtris conatibus adſit,
Et vos vnanimes in pietate regat.
In veſtro regnet concordia læta cubili,
Illud & exornet Penelopæa fides.
Palladis vt lætis arbor ſe fundit oliuis:
Sic ſit prole ferax diuite veſtra domus.
Connubij fœdus veſtri ſit turturis inſtar:
Hoc dirimat veniens mors niſi tarda nihil.
Hoc cupiunt mecum votis ardentibus vnà
Noſtrates, ſtudijs quos Viteberga foues.
Hoc etiam cupidè vir preſtantiſſimus optat
Maior, Leucoreæ fama ſecunda ſcholæ.
Hi tibi ſponſe nouos, inquam, gratantur honores,
Et mecum faciunt talia vota piè.
Chriſte Dei ſoboles, cui ſacra iugalia curæ,
Et qui ſidereæ tempora pacis amas.
Adſis coniugibus turbato tempore mitis,
Vt ſint erepti te tribuente malis.

Ne

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°

Ne permitte pios vt turbent prælia, neue
Inuadat triſtis corpora noſtra lues.
Hoſtiles compeſce minas, cætumq́ tuere,
A quo perpetuò glorificandus eris.

SVO PRAECEPTORI ANDREAS NICOLAVS FACIEBAT.

VIue gener florens Paulini Neſtoris annos,
Præceptor fælix coniuge viue tua.
Tu quoq́ ſis fælix Phœbæo digna marito
Anna, vagus donec piſcis in amne natat.

IIDEM PRAECEPTORI SVO CARISSIMO VVILHELMVS NICOLAVS SCRIBEBAT.

COniugium ſit tale tuum, præceptor amande,
Quale dei ſemper filius eſſe volet.
Hanc ita mortalem traduc cum coniuge vitam,
Vt poſt fata pius cælica regna colas.

FINIS

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°

Eqct BB 1990

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 708 4°